

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Carmina in laudem B. Mariae Virginis multorumque  
sanctorum**

**Brant, Sebastian**

**[Basel], [nicht vor 1494]**

Consolatio christi ad matrē

[urn:nbn:de:bsz:31-290354](#)

# Consolatio christi ad matrem

Quid gemis o genitrix? quis te dolor urget amarum?  
Et quateris poena mater amata graui? (rus?)  
Cum tibi presentim mea sit bene nota voluntas:  
Me voluisse pati: pro miserisq; mori.  
Scis q; ab excelsis humanam sumere carnem  
Adueni: ut fragili corpore cinctus eram.  
Pauper in externa patria ut sum natus / & alius:  
Exilium Aegypti ut rege fugante tuli.  
Nec mora/nec requies mihi quū foret vlla laboris:  
Fessa siti/atq; fame membra fuere iugi.  
Quūq; mihi cordi fuerat curare miseros:  
Humanūq; genus: quod scelere interiit:  
Probra mihi dantur: conuicia: meq; ferebant  
Potorem: plenū demonis/atq; meri.  
Milite ab indigno cedar colaphisq; alapisq;:  
Hinc sputo & virgis squalida membra gero.  
Præterea e spinis quā contexere coronam  
Hanc capiti imponūt/cocutiuūtq; meo:  
In cruce me clavis tendunt. latronibus addunt.  
Atq; aperit nostrum lancea dira latus.  
Mater habes: quis me percuferit: at tamen audī:  
Vna salus hominū: me iubet ista pati.  
Sed dolet in primis te mestam cernere matrem:  
Et tibi q; fuerit tam mea poena graui.

Ergo patí christum: regnūq; ita ínire paternū  
Sí decuit: matrē te mihi conq; patí:  
Sí proprio nato: tibi nec/pater ipse pepercit:  
An ne hominū parcer: illius íra malis!  
Dísce homo/nō somno: mollí ue libidinís vsu:  
Nec scelere: in patriam posse venire meam.  
Per mille grūnas: varia & tormenta laborū  
Itur: vbí éterna est gloria parta bonis.  
Partícipem nullum regni facio esse beatí:  
Sí non & consors sit crucis ille meę.

## De indulgentiis datis intuē tibus Arma christi.

Intuētes arma christi deuote: cōfessi & cōtriti. ha  
bebūt tres años indulgē. a leone papa & a. xxx. sū  
mis pontificib; a quolibet. C. dies & a. C. xxvii.  
ep̄is a quolibet eorū. xl. dies indulgē. quas cōfirma  
uit Innocē. pa. in conci. lugdunē. & addidit. CC.  
dies